Fortasse me jocari credis, Comes Ill.mo Ego vero perquam serio dicturus sum quod hic leges. Ab eo tempore quo in animum induxisti divortium cum Musis quoddam meis facere nimis quam repentinum, colligere coepi, ~~aut~~ certe suspicari, aliquanto ~~[illegible]~~ frigidius ~~amore~~ tanti officii te commendationem Hominis ad ea studia tuo genio propensi quae tu vel odisses, vel existimares tuae intimius pectoris non videri amore. Si me fefellit ratio, ecce abjuro errorem, et, quod carmine non placuit, soluto sermone amicitiae meae et obsequii perennem atque ἀναλλοίωτον constantiam, si quid opus sit, denuo hic confirmo. Eius vero quod vides, ~~[illegible]~~ fidem tuae interfuerim, nihil est quod debeas se- creteas nisi ipsi tibi et Veritati. Satis intelligo fortunae tuae scapulam, ut nunc est [illegible] τοῖς ἀνέμοις agi posse, necdum ut ~~eo~~ se frigidi adeuntes tempestates et procellas; ~~sed~~ at me, qui Eius fori non sum, non tangit iste turbo, et Hominis peregrinus fas esse existimo modo ~~[illegible]~~ inter probos et cultos proloqui quod sentiat de Virtute iniquitate temporum oppressa. Vanum te quaeri ante biduum: Nescio an vel libere perdiligenter, cui id ~~Eo~~ commiseram. In quocunque patriae angulo te abdideris habebis me animo et affectu vitae vitaeque comitem, et, ut alienis verbis absolvam in quae forte incidi

Tempo, esilio, ~~[illegible]~~ dolor, ingiurie ~~ingiure~~ e sdegno
Svellir non ti potran dal petto mio.

Vale, meum decus, et agnosce liberi animi infucati sic tam ~~[illegible]~~ dextram. Lutet.
XIII. Cal. Apr. CIↃIↃCLXIII.

[Left margin:] ...nde et versifica- / ...inandi im- / ...tus meos duxi / parcius te / ...mpellandum.